Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De trinitate

Augustinus, Aurelius

[Freiburg im Breisgau], 1494

Aurelij Augustini hipponensis episcopi in libros de trinitate: Argumentum operis totius

urn:nbn:de:bsz:31-313432

Visual Library

Liber Primus

Aurelij Auguſtini hipponēſis epi in libros de trinitate: Argumentū opis totius ex libro retractationum.

Libros de trinitate: que de⁹ eſt ꝗdecim ſcripſi ꝑ aliquot annos. Sed cū eoꝝ duodecimū nōdū perfeciſſem: et eos diuti⁹ tenerē ꝙ̃ poſſent ſuſtinere qui vehemneter habere cupiebant: ſubtracti ſunt mihi minus emendati ꝙ̃ deberent ac poſſent qñ eos edere voluiſſem. Qđ poſteaꝙ̃ compi: quia ⁊ alia eorum apud nos exemplaria remanſerūt: ſtatuerā eos iam ipſe non edere: ſed ſic habere vt in alio aliquo opuſculo meo ꝗd mihi de his euenerit dicerē: vrgentib⁹ tñ fratribus q̄ʒ reſiſtere nō valui: emēdaui eos quātū emēdandos putaui: ⁊ cōpleui ⁊ edidi: adiūgēs eis a capite epiſtolā quā ſcripſi ad venerabilem Aureliū epm carthaginenſis eccleſie: quo tanꝙ̃ prologo expoſui: ⁊ ꝗd accidiſſet: ⁊ ꝗd facere mea cogitatiōe voluiſſem: ⁊ quid fratrū charitate cōpellente feciſſem. In quorum libro vndecimo cū de corpore viſibili agerem: dixi: quocirca id amare alienari eſt: quod ſm euʒ morē dictū eſt quo aliquid ſic amat̃ vt eo fruendo exiſtimet beatū ſe eſſe ꝗ hoc amat. Nam nō eſt alienari in laudē creatoris amare ſpeciē corporalē: vt ipſo creatore fruens ꝗſꝗ vere beatus ſit. Itē ꝗ in eodem vbi dixi: Nec auē ꝗdrupedē memini q̄ʒ nō vidi: ſʒ phantaſiā talem facillime intueor dū alicui forme volatili qualē vidi: adiungo alios duos pedes quales itidē vidi. Hec dicēs nō potui recolere volatilia quadrupedia que lex cōmemorat. Neꝗ enī cōputat in pedibus duo poſteriora crura quibus locuſte ſaliunt. qͣs dicit mundas: et ideo diſcernit ab imūdis talibus volatilibus ꝗ non ſaliunt illis cruribus ſicut ſunt ſcarabei. Oīa quippe hmōi volatilia ꝗdrupedia vocātur in lege. In duodecimo velut expoſitor verborū apli vbi ait: Oē pctm̄ quodcūꝗ fecerit hō extra corpus ē: nō mihi ſatiſfacit: nec ſic puto intelligendū qđ dictū eſt: Qui aūt fornicatur in corpus ꝓpriū peccat: tanꝙ̃ ille hoc faciat ꝗ ꝓpter adipiſcenda ea que ꝑ corp⁹ ſequūtur: vt in his finem boni ſui ponat: aliquid agit Hoc enī longe plura peccata cōplectit̃: ꝙ̃ illa fornicatio que cōcubitu ꝑpetrat̃ illicito: de ꝗ locutum cū hoc diceret apoſtolum apparet.

Leuit. 2 (margin, beside "les itidē vidi. Hec dicēs nō potui recolere vo-")

I Cor. 6 (margin, beside "borū apli vbi ait: Oē pctm̄ quodcūꝗ fece-")

Epiſtola Auguſtini Aurelij hipponēſis epi ad Aurelium epm carthaginenſis eccleſie.

Domino beatiſſimo ⁊ ſinceriſſima charitate: venerabili fratri ⁊ conſacerdoti pape Aurelio: Auguſtinus in dño ſalutē. De trinitate ꝗ deus ⁊ ſūmus ⁊ verus ē: libros iuuenis inchoaui: ſenex edidi: dimiſeram ꝗppe hoc opus poſteaꝙ̃ cōperi preptos mihi eſſe ſiue ſurreptos anteꝙ̃ eos abſoluerem: ⁊ retractos vt mea diſpoſitio fuerat expolirem. Non enī ſingilatim ſed oēs ſimul edere ea rōne decreuerā: qua precedentibus cōſequētes inquiſitione necterentur. Cum ꝗ ꝑ eos hoīes qui priuſꝙ̃ vellē ad quoſdam illorum ꝑuenire potuerunt: diſpoſitio mea nequiſſet impleri: interruptam dictationē reliquerā: cogitāns hoc ipſum in aliquibus meis ſcriptis cōqueri: vt ſcirent qui poſſent nō a me fuiſſe eoſdē libros editos: ſed ablatos: priuſꝙ̃ mihi editione mea digni viderētur. Verū multorū fratrū vehemētiſſima poſtulatione ⁊ maxime tua iuſſiōe cōpulſus: op⁹ tam laborioſum: adiuuāte dño terminate curaui: eoſꝗ emendatos nō vt volui: ſed vt potui: ne ab illis qui ſurrepti iam in man⁹ hominum exierant: plurimū diſcreparent: venerationi tue ꝑ filiū noſtrū diaconū chariſſimū miſi. Et cuicūꝗ audiendos: deſcribendos: legēdoſꝗ ꝑmiſi: in quibus ſi ſeruari mea diſpoſitio potuiſſet: eſſent ꝓfecto ⁊ ſi eaſdē ſentētias habentes: multo tñ euadatiores atꝗ planiores quantū rerum tantarū explicandarū difficultas ⁊ facultas noſtra pateret̃. Sunt aūt ꝗ primos ꝗttuor vel potius ꝗnꝗ etiā ſine proemijs hñt: ⁊ duodecimū ſine extrema pte nō parua. Sed ſi eis hec editio potuerit innoteſcere: oīa ſi voluerint emendabunt. Peto ſane vt hanc epiſtolam ſeorſum quidē: ſed tñ ad caput eorūdem librorum iubeas anteponi. Vale.

Explicit epiſtola.

Incipiūt capitl'a libri pmi de trinitate

i De triplici cauſa erroris falſa de deo opinantium.
ij Ordo diſputandi de trinitate diuina.
iij De diuerſo iudicio legentium ⁊ capacitate diſſimili.
iiij Que eſſe ꝓpria diuinē trinitatis ſenſerint catholici tractatores.
v De queſtionibus quibus mouent̃ de trinitate querentes.
vj De trinitate patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti qui ſunt vnus ⁊ ſolus ⁊ verus de⁹.
vij. Q vnigenitus dei filius ꝓpter formā ſerui minor patre dicat̃: qui in forma dei equalis eſt patri.